

**1081** Rep. a. 1830 in digging a drain in a field immediately to the south of the Red Abbey Stead, prope Newstead, Roxburghshire; servabatur apud Thomam Tod, Esq., of Drygrange, the proprietor of these fields (prope Melrose) SMITH. Ara alta dig. 43, lata dig. 18; litteris bonis.

D E O S I L V A +  
N O · P R O · S A ·  
L V T E · S V A · E T ·  
S V O R V M · C · A R  
5 R I V S · D O M I T I  
A N V S > L E G · X X  
V · V · V · S · L · L · M

Stuart p. 152 tab. 3 (inde I. Becker Bonner Jahrb. 19, 1853 p. 105); I. A. Smith *proceedings of the soc. of ant. of Scotl.* I 1, 1852 p. 29.

4. 5 C A R R I V S traditur. Eundem fortasse C. Ar[r]ium Domitianum redire in titulo Gallico item Silvano dicato (*mém. des antiqu. de France* 20, 1850 p. 53, 8) observavit Beckerus.

## LXV. INVERESK et MUSSELBURGH, CRAMOND et INGLISTOWN.

Ab Edinburgo versus orientem ad oram maritimam siti sunt *Inveresk* et *Musselburgh* vici, in quorum altero inde ab anno 1783 detectae sunt parietinae aedificiorum Romanorum (cf. Goughs Camden 4 p. 47; Adam de Cardonell Archaeol. Scot. 2, 1831 p. 159 ss.; Stuart p. 156 ss.), ex altero prodit iam saeculo XVI titulus a procuratore quodam Augusti Apollini Granno dedicatus (n. 1082). Videntur loci illi siti esse ad viam Romanam, quae iuxta oram dicitur strata fuisse (Stuart p. 164) secundum vestigia quaedam ibi observata; quale vero eorum nomen fuerit vetustum definiri omnino nequit.

Edinburgum ipsum in situ castrorum Romanorum conditum esse propter loci summam opportunitatem iam Sibbaldus sibi persuasit (*hist. inq.* p. 33) posteaque opinio eius videtur confirmata esse; nam varia variis temporibus in vetusta urbis parte aedificiorum Romanorum vestigia, nummi, patellarum fragmenta prodierunt (cf. Ioh. Clerk bibl. topogr. Brit. 2 p. 348; Wilson *prehistoric annals* p. 385 ss.; Stuart p. 164). Sed certo recentia sunt anaglypha duo viri et feminae, quas Severi et Iuliae Domnae imagines esse voluerunt (Gordon it. sept. p. 186; Ar-

chaeol. Scotica 3, 1837 p. 287 et tab. a Davide Allan a. 1783 delineata; Wilson *memorials of Edinburgh* 2 p. 50, *prehistoric annals* p. 386; Stuart p. 165 tab. 16 fig. 1), neque titulorum inscriptorum unquam quidquam ibi repertum est.

Ab Edinburgo et *Leith* portu eius versus occidentem item ad oram maritimam *Cramond* vicus hodie exiguis iacet quattuor ab illo m. p. Anglica, ad ostia *Almond* rivi, et prope eum *the Manor of Inglistown*. Ibi castra fuisse Romana tam situs docet (videtur enim via *Watlingstreet* eo directa fuisse, ut dixi) quam reliquiae non exiguae superstites (cf. Horsley p. 205 *Scotl.* 28; Goughs Camden 4 p. 54; Stuart p. 165 ss.); sed quod antiquarii Scoti ex titulo *matribus Alatervis* dedicato (n. 1084) Alatervae iis nomen fuisse concluserunt, id probabilitate omnino caret; matres enim illae sine dubio iam in patria *Tungrorum*, qui titulum posuerunt, nomen illud tulerunt. Tituli hic propositi docent saeculo secundo medio tres fortasse ibi pro tempore sane in castris fuisse cohortes I *Cugernorum* (n. 1085), II *Tungrorum* (n. 1084), V *Gallorum* (n. 1083), atque praeterea etiam milites legionis II *Augustae* muros fecisse (n. 1086).

**1082** Ad *Musselborrow* effossus NAPIER (a. 1565, ut ex notis Mariae Scotorum reginae et ex epistula Randolphi, oratoris Elisabethae, ad Guilelmum Cecil docet STUART). Rep. at *Marchiston*, about a mile distant from the west part of *Edinburgh* DALR. (quod falsum esse CHALMERS docuit). In Scotia, pago *Enderask*, quarto ab Edinburgo lapide GRUT. ex *Velserianis*. In *Inveresk* . . . lapidem vidi in templi coemeterio, in quo tunc quidem omnis fere inscriptio deleta erat, centum abhinc annis sic lecta a D. Petro Junio, qui serenissimi regis Britanniae Iacobi VI studia diu regebat SIBB. Near unto *Musselburgh* anno 1549 was digged up a stone with this inscription, in form of the head of an altar MORT.

A P O L L I N I  
G R A N N O  
Q · L V S I V S  
S A B I N I A  
5 N V S  
P R O C  
A V G  
V · S · S · L V · M

Ioh. Napier (of *Merchiston*, plaine discoverie of the whole revelation of St. John Edinburgi 1593 4.; vidi tantum ed. V a. 1645) p. 210 (inde Camden ed. V [1600] p. 738; Grut. 37, 12 'a Camdeno'); Camdeni descr. Scotiae ed. Dalrymple (inde Grut. 38, 4 ex schedis *Velseri*'); simile exemplum Rupert. ad Reines. p. 135 ('Thomas Segetus vidit et descripsit'); Sibbald *hist. inq.* p. 48 et comm. in Agric. p. 77 (inde Donat. 19, 2 ex deser. Scotiae apud Elzevirium a. 1625 impr. p. 68; Gibsons Camden p. 898; Goughs Camden 4 p. 47; A. de Cardonnel Archaeol. Scotica 2, 1831 p. 164; cf. Chalmers Archaeol. Scot. 3, 1 p. 295; Hodgson 2, 3 p. 269; Stuart p. 159); schedae Mortonis 1.

1 APPOLLINI Mort. 2 GRANO Mort. 3 Q·LVCIVS Nap., Q·VOLVSIVS Dalr. 6 PROCOIS Nap., \* PROC Mort. 6. 7. 8 om. Dalr., 8 om. Nap. Versum ultimum a Sibbaldo et Mortone solis servatum (\* VSS·LV·M Mort.) hunc fuisse puto V·S·L·M.

**1083** *Upper Cramond*, at Mr. Mc Kenzie's Garden SIBB. Now in the possession of the Earl of Rugland GORD. At the Earl of Rutherglen's HORSL. Postea Edinburgi in the advocate's library GOUGH. Nunc ibidem in museo (H 164); ara alta dig. 42, lata 18.

I O M  
C O H · V · G A L L  
C V I P R A E E S T  
I M I N E H O N V S  
5 T E R T V L L V S  
P R A E F · V · S · L  
L · M

Contuli. Sibbald *hist. inq.* p. 48 in tabula aeri incisa, comm. in Agric. p. 78; Gordon it. sept. p. 116 tab. 14 fig. 1; Stukeley it. bor. tab. 74 2<sup>a</sup>, 9; Horsley p. 204 *Scotl.* 27 (inde Goughs Camden 4 p. 51; Hodgson 2, 3 p. 263; Newton p. 115, 89); Wood parish of *Cramond* p. 5 in tab.; Wilson *prehistoric annals* p. 391; Stuart p. 169 tab. 4 fig. 5.

1 V|OM Stuk. male. 3 PREEST Sibb.; sed extat lacuna in lapide, in qua excidit A; PRÆEST Stuk. 4 IMINTHONVS Sibb., IMINIHONO Gord., IMINI HONSV Stuk., IMINI HONV Horsl. Wood, IMINE HONV<sup>IS</sup> Wilson, Stuart. 'The names of the prefect sound not very like Roman, excepting the last of the three . . .; I suppose he was no native of Rome or Italy, and that the two first names might be his own, the third assumed upon his being made a citizen' Horsl. in universum recte. Gentilicium sane nomen, quod in re praesenti conieci esse potuisse *Minethonus*, ex barbaro factum; praenomen, si fuit omnino in lapide, L fuisse potest. Cohors V Gallorum secundum diploma Domitianum a. 85 (C. I. L. 3, XII p. 855) tum in Pannonia militabat (cf. titulus Perusinus praefecti eius apud Marinum Arv. p. 5, Orell. 3651); cohortem IV Gallorum supra *Vindolanae* (cap. XLIX) et *Petrianis* (cap. LIII) habumus.